



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi  
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo  
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

**Crombach, Hermann**

**Coloniæ, 1645**

Caput 7. Anno 1622. in Serenissimi Reuerendissimique Principis  
Lotharingiae & Decani familiam adsciscitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14591**

## C A P V T VII.

A. 1622. in Serenissimi Rmiz<sup>z</sup> Principis Lo-  
tharingiae & Decani familiam  
adsciscitur.

**D**ecennium sc̄rē compleuerat intra  
Montani Gymnasij septa, nec pote-  
rat istis angustijs lucis istius fulgor occul-  
tari, quin latius radijs sparsis urbem illu-  
straret. Nobilis viri Gabrielis de Roy in-  
dicio splendor iste vitæ integritatis Se-  
ren<sup>mo</sup> & R<sup>mo</sup> Decano Metropolitan<sup>o</sup>  
Principi Lotharingiae Francisco Episcopo  
Virdunensi sic probatus est, vt in fami-  
liam suam cooptarit Iacobum à Sacris si-  
bi futurum. Itaque sub initium anni 1622  
Contubernio Montano deserto concess-  
sit in Aulam, quam virtutis perfectæ cla-  
ritate mirificè illustravit, eamque breui  
sam collegit & existimationem, vt ea  
licet ætate iam aptissimus ad amplissima  
munia sustinenda iudicaretur; sic etiam  
virtutem Iacobi Princeps prudentissimus *Amor Se-  
ren. Princ-*  
*suspexit & adamauit, vt ad extremos usq;* *cipis in*  
*vitæ dies summis eundem in amoriibus* *Iacobum.*  
habuerit: nam morbi tempore quotidie  
destinauit ex aula certos, qui morbi siue  
B 2 incre- *in morbo.*

incrementa, siue decremēta referrent accuratē, cibos exquisitissimos quosq; submisit, pharmaca suppeditauit: quin & raro præcipui amoris in virum argumento manibus ipse suis nonnulla præparauit ad morbi vim infringendam, & vires corporis prostratas erigendas & confirmandas. Interim pudore virgineo suffundebatur æger, immerenti tam eximia singularis amoris indicia à tanto Principe exhiberi. Nec tamen in aula diu morari potuit, quem Deus ad curam animarum destinabat.

## C A P V T VIII.

*Anno 1623. Parœciae D.V.in Pasculo  
præficitur.*

**D**Ecessit anno 1623.12. Februarij R.D. Petrus Spicherus Pastor in Pasculo, Collatio penes Decanum Metropolitani erat, multi candidati beneficij Iacobum ætate superabant, virtutis cumulatâ famâ, morumq; maturitate nemo, quam Sereniss. Princeps Franciscus per annum exploratissimam habebat, vt præter multorum opinionem, cum vix vicesimum quintum ætatis annum expleuisse, cum

di-